

CAPVT VII.

An debeant Reges Catholici Eccleſiaſticos Benemeritos ob eum titulum in Beneficiorum præſentationibus anteferre.

Aſſertio 1. Benemeritos in Beneficiis ſimplicibus præferendos.

Vide etiam Gregorium Lopez in L. 13. Tit. 15. Part. 1. Gloſſ. 1. & 3.

P. Leſſius.

Ob qualitatem dictam fieri aliarum compenſationem.

Aſſertio 2. Idem ſtatuumus in Curatis.

62 Dico primò. Si Beneficia ſimplicia ſunt, licet poſſunt præfati, cæteris etiam non paribus, anteferi. Id probo ex doctrina Mag. Bannez 2. 2. quæſt. 63. artic. 2. Dub. 3. ad 4. Ioan. Gutierrez Canon. 99. Libr. 2. Cap. 11. num. 29. Zerolæ verb. Beneficia ad 8. Thomæ Hurtadi Tract. 12. num. 1331. P. Vazquez inſiã Dub. 5. P. Diſcaſtilli etiam inſiã n. 163. & ſeqq. P. Palai inſiã item num. 4. P. Leſſij Libr. 2. Cap. 34. num. 69. & aliorum apud ipſos; iuxta quos Clerici Eccleſiæ, & diœceſis, in quâ eſt beneficium, meritò aliis, etiam dignioribus aliis, præferuntur, quia plerumque ſolent eſſe viſitantes & fideliores, quàm extranei: magis enim ei afficiuntur, magisque omnia norunt, cum ſint in eâ educati, firmiſſique reſident. Quæ ſunt verba P. Leſſij. Atqui hæc in caſu noſtro militant: Benemeriti enim ſunt Conquiſtorum filij, & ita erga eccleſias illorum labore fundatas magis afficiuntur, vnde & vtiliores & fideliores ſunt ipſis, habentque reſidentiam firmiorem. Ex quo habetur non ſolum extra regnum natis, ſed etiam intra regnum præferendos. 63 Item iuxta D. Thomam adductum num. 40. meliori abſolutè & ſapientiori poteſt qui minus eſt ſanctus ſciensque, præferri, ſi id magis conferat ad bonum commune, propter potentiam vel induſtriam ſæcularem, aut aliquid huiſmodi. Sic 2. 2. q. 66. artic. 2. Vnde eſt regula apud Maſtrillum de Magiſtratu Lib. 2. Cap. 1. num. 67. quàm Scriptores alij frequenter vſurpant, & præ aliis Dom. Solorzanus Lib. 3. Cap. 15. num. 59. quòd ille eſt dignior, qui aptior, etiam ſi in eo plures non emineant, quæ in aliis viſuntur, qualitates. Atqui aptior in caſu noſtro iſ eſt, de quo loquimur, quia ad bonum commune ſpectat vt Benemeriti beneficiis honorentur: ſic enim amor erga Regem & regnum, à quo non parùm conſeruatio pendet, valdè æſtimabili nutrimento conſouetur; ſic nobiles cognatæ feminæ iuuari poſſunt vt caſtè in matrimonio, aut religioſè in monaſteriis viuant, quarum multitudine pudicitia ob inopiam naufragatur. Pro quo lib. 4. Tit. 3. l. 1. Recop. ibi: Caſan perientas, & alia etiam conſiderari circa idem poſſunt, ac multa videri apud Dom. Solorzanum Lib. 3. Cap. 19. & in Politicâ. Lib. 4. Cap. 19. & apud Dom. D. Petrum de Reyna poſt hæc ſcripta viſum, etiam Eccleſiæ Habaneniſis Episcopum Tomo 2. de perfectio Prelato Lib. 1. Tract. 2. Cap. 11. Quæ de beneficiis Curatis idem dicendiſiones perſuadent. Poſitâ autem æqualitate libera eſt proſus electio. 64 Dico ſecundò. In præſentatione ad Beneficia Curata Benemeriti ſunt, ceteris etiam non paribus, aliis præferendi à Rege. Aſſertio hæc ſupponit receptam valde doctrinam de obligatione Patrum ad eligendum digniorem, quam generaliter tenent Doctores plures, quos addu-

cunt & ſequuntur P. Thomas Sancius Lib. 2. Conſiliorum. Cap. 1. Dub. 5. P. Leſſius ſuprà. num. 62. P. Turrianus. 2. 2. Tomo 2. Diſput. 22. Dub. 1. P. Bauny in Praxi Beneficiorum Diſp. 3. Quæſt. 12. & de Curatis ſpecialiter Nauarra Lib. 2. de Reſiſtentiâ. Cap. 2. num. 150. Ioannes Gutierrez ſuprà num. 26. Diana Parte 2. Tract. 15. Reſol. 40. qui alios adducunt, & multò plures Thomas Hurtadus ſuprà num. 1512. qui de Patronis agit num. 1569. & 1630. & quidem de ſimplicibus etiam loquendo, aliquod ſaltem veniale in electione minùs digni eſſe peccatum tenent communiter Scriptores. Vnde Nauarra ſententiam id negantis vt ſingularem notant P. Leſſius ſuprà n. 68. & P. Sancius. Videatur ille ſuprà num. 150. Ex quo ſit circa Curata nullam poſſe dubitationem extare.

65 Probatum autem generaliter & facile. Quia præferendo minus dignum aliquod damnum Eccleſiæ irrogatur, dum magis apto miniſtro priuatur, ex quo neceſſarium eſt vt aliquam iacturam patiantur. Violatur etiam diſtributiua iuſtitia, quæ proportionem meritorum attendit, & ita iniuria aliqualis inferitur digniori: ergo aliquod peccatum in prouiſione huiſmodi reperitur: peccatum enim iuxta Scripturæ loquendi modum iniuſtitia dicitur: vnde vbi ſpecialiter contra iuſtitiam proceditur, illius malitia iuxta ſpeciale magis rationem apparet.

66 Iam verò doctrinam dictam caſui, de quo loquimur, applicando, conſtat ex dictis circa præcedentem Aſſertionem Benemeriti prærogatiuam ad dignitatem conferre; & ita clare ſequitur quòd adiuncta meritis æqualibus faciat digniorem: ergo ſine aliquali culpâ non ſtat illum in prouiſione Beneficij poſthaberi.

67 Quia verò Iura & Doctores videntur clamare Diœceſanos eſſe præferendos exteris, vt videri poteſt Cap. Nullus & Cap. Obitum, 61. diſt. & Cap. Metropolitanano & Cap. Sacrorum 63. diſt. ac ſæpè alibi. Pro quo & ſtant leges Hiſpaniæ, quas adducit Dom. Solorzanus ſuprà num. 14. quibus aliæ addi poſſunt; dubitari poteſt an in concurſu ſint Benemeriti præferendi. Et videtur quidem ſic dicendum, ceteris paribus, quia qualitas dicta ſublimioris rationis eſt, & in commune bonum magis conducens, cum alia ad bonum magis ſpeciale conducatur, iuxta dicta num. 63. Pro quo & facit qualitatem diœceſanatus, vbi de Parochiis Indorum agit, facile poſſe per alias ſuperari; vnde non ſemper videtur ſtrictè ſeruanda & ita in legibus Recopilationis omittitur, & ſolum pro tribus Episcopatibus intimatur l. 21. Tit. 3. Lib. 1. quæ l. 13. Tit. 15. Part. 1. generalis habetur. Cùm enim de conuerſione illorum agatur, ille eligendus, qui aptior abſolutè ſit, iuxta qualitates Cap. 3. explicatas. In quo, quæ ex domiciliari incolatu ſumitur, parum videtur conducere. Cùm enim prouiſiones pro Eccleſiis Parochialibus ſint, in quibus Diœceſani nec nati nec nutriti, reſpectu earum, qui Benemeriti ſunt, nihil minùs videntur habere, & ita ceſſat ratio, quam communiter Doctores adducunt, & de qua num. 62. Vnde praxis Indorum Episcoporum inualuit Miniſtros idoneos, vnde cumque venerint, admitentium. Et Regiæ ſchedulæ idem ſupponunt, dum ſtatuant vt Diœ-

In poſtpoſitione dignioris alii quod ſemper eſſe peccatum.

Benemeritis applicanda doctrina.

An Diœceſani præferendi.

An etiam alij.

vt Diœceſani Indiarum aliis ceteris paribus, præferantur apud D. Solorij in Cap. 19. n. 25. Vnde etiam ex Hiſpaniâ paſſim videmus mitti Præbendarios & in Indiis non attentâ Diœceſi deſignari.

Aſſertio 3. ſine graui culpa non ſtare Benemeritum poſthaberi.

68 Dico tertio. Stante doctrinâ prædictâ, qualitatem inquam Benemeriti ad maiorem dignitatem conferre, exceſſus videtur eſſe notabilis, & ita in quocumque alium præferente, id ſine reatu grauis culpæ non ſtare. Diximus quidem Aſſertione 1. inæqualitatem ratione naturalitatis conſtitui, vt naturales debeant præferri, ſi alij ſint, qui in qualitibus ceteris non parum excedunt; hæc enim ſolâ de cauſâ notabiliter exceduntur, quia ſcilicet naturales ſunt: Ergo exceſſus talis non eſt exigui momenti. Hoc autem in Benemeritis pariter procedere ibidem oſtenſum. Pro quo & efficaciter depugnat Illuſtriſſimus Ioannes Zapata in Diſceptatione de Inſtituta diſtributiua Parte 2. Cap. 15. num. 20. 21. & 25. in caſu præſentis ſpecie loquens, & ſolum articulum neceſſitatis aut magnæ vtilitatis excipiens.

Grauius peccari in præſertione dignioris ex Tridentino oſtenditur.

69 Quòd autem ſic prouidentes, vt digniores poſthabeant, grauius peccent, quicumque illi ſint, ex doctrina Concilij Tridentini manifeſtè deducitur: Seſſione enim 24. Cap. 1. de Reformatione ſic habet: Omnes verò & ſingulos, qui ad promotionem præſentendorum quocumque ius quacumque ratione, à Sede Apoſtolica habent, aut alioquin operam ſuam præſtant, nihil in iis pro præſenti temporum ratione innouandos horatur & monet (Synodus) vt inprimis meminerint nihil ſe ad Dei gloriam & populorum ſalutem vtilius poſſe facere, quàm ſi bonos Paſtores, & Eccleſiæ gubernandæ idoneos promoueri ſtudeant: eoſque alienis peccatis communicantes mortaliter peccare, niſi quos digniores, & Eccleſiæ magis viles ipſi iudicauerint; non quidem precibus, vel humano affectu, aut ambienſium ſuggeſtionibus, ſed eorum exigentibus meritis præſci diligenter curauerint. Hæc Concilium; quæ quidem omnes, vt ex verborum eiuldem conſtat tenore, conſtringunt & ex adductâ ab eodem irrefragabili ratione: quia ij, qui minùs dignos eligunt, alienis peccatis communicant, ideòque mortaliter peccant. Rogo namque, an Principes minùs dignos promouentes alienis peccatis communicent? Si enim non communicant; neque alij quidem, qui ad eorum promotionem quacumque ratione operam ſuam præſtant. Et vterius inquiri, an Principes priuilegium habeant aliquod, vt alienis peccatis communicantes, non tamen moraliter peccent? Nihil certè tale in eorum perſuaſione regnabit; cum ſic ſit illud proculdubio iuxta veritatis lucem clariffimam aſſerendum potius, maiorem in illis eſſe obligationem quam in aliis fortis inferioris; quia forma populorum eſſe debent, & ſuo exemplo in re momenti tanti aliis præluere.

Quod in Principibus etiam urget.

Nec ſolum in præſentationibus ad Episcopatus, ſed in Curatis aliis.

ſtare ſine mortali peccato poſſit? Si enim id admittatur; ergo & communicare peccatis Episcopopi & aliis outum, ſimiliter ſtare poterit: quia non magis inſluit vnum promouens, quàm alium. Nec maior ſubditorum copia reddi pro ratione differentia poteſt: id enim probat maius futurum peccatum, non tamen aliud futurum tantum veniale: ſicut ſcandalizans vnum, non ideò mortaliter non peccat, quia ſcandalizans plures peccat mortaliter, quod & in aliis eſt obuium generibus peccatorum. Neque ex eo quòd Concilium peccatorum communicationem affirmet, inferri verofimiliter poteſt tantum agere de indignorum promotione, ex quâ ſequi illa poſſunt; quod ſecus accidit in promotione digni, bene quidem adminiſtratur, ſed non ita vtiliter vt alius, in quo aptitudo maior proſpectatur: Qui dicendi modus improbabilis viſus P. Diſcaſtillo Lib. 2. Tract. 2. Diſp. 8. num. 92. moderno placuit Auctori: contra eum enim eſt communis intelligentia Doctorum circa citatum Concilij locum. Tum etiam verba ipſa eiuldem, Quos digniores, & Eccleſiæ magis viles, vbi comparatio cum dignis & vtilibus ſit. Præterea, Doctiſſimi illi Concilij Patres iuxta receptiſſimum loquendi modum apud Doctores Theologos & Iuriſtas, ſunt aſſati; apud quos, cum de materiâ præſenti ſermo eſt, comparatio digniorum cum minùs dignis in ſenſu proprio procedit, vt minùs digni neuitquam penitus indigni cenſeantur. Quod autem de communicatione peccatorum additum ideò fuit, quia frequenter ita accidit, & iuxta frequenter accidentia eſt regulariter iudicandum. Hæc ergo explicatio penitus reſellenda. 71 Poteſt autem poſitio noſtra vterius vtrgeri ex eo quòd tradunt Abulenſis, Sorus, Salomon, & alij, quos adducit & ſequitur P. Thomas Sancius ſuprà Dub. 2. num. 28. & bene oſtendit Cardinalis Lugo Tomo 2. de Inſtituta Diſput. 35. n. 18. præceptum ſcilicet eligendi digniorem eſſe de iure diuino & naturali: id enim expoſcit vt bona communia diſtribuantur melioribus, ſicut & præmia meritorum: & vt diſpensans illa, fidelitatem ſeruet præficiendo Eccleſiæ & Reipublicæ miniſtrum digniorem. Pro quo obſeruo modum loquendi Concilij: neque enim præceptum ſub mortali imponit, & iubendi aut præcipiendi verbo vtitur, ſed hortatur & monet: & tamen peccatum mortale futurum eſſe ait in eius, quod hortatur & monet, transgreſſione: manifeſtè oſtendens diuinum eſſe præceptum, & illud ſe tantum declarare. Cùm ergo tale ſit, omnes ligat neque Principes, ad quos Eccleſiarum prouiſiones ſpectant, aliquo ſe poſſunt priuilegio defendere.

Præpoſita Concilij explicatio reſoluit.

Ioannes Poncius inſiã. n. 73.

De electio- ne dignioris eſt præceptum naturale.

In omni caſu obligat.

72 Ex quo pariter inferitur numquam id eſſe licitum, quia numquam licet alienis communicare peccatis, aut præceptum diuinum vel naturale transgredi, in quibus nulla admittitur diſpenſatio. Quidquid nonnulli cenſeant, Principum libertati aliquantulum indulgentes. Contra quos ſic P. Leſſius ſuprà num. 64. Qui præſtant, veleſigunt, vel Beneficia liberè conferunt, grauius peccant; ſi digniores prætermittant, ſive ſit Papa, ſive Episcopus, ſive Princeps ſæcularis; non enim ſunt domini Beneficiorum, ſed economi; vnde tamquam economi tenentur rem domini ſui, quantum commodè poſſunt

P. Leſſius.

poſſunt, promouere. Sic ille. Pro quo & eſt Rotæ Decifio apud Dianam Parte 11. pag. 593. & 598. vbi & ſecus factum annullatur. Tenet etiam de Rege loquens Dom. Zapata ſuprà Cap. 14. num. 19. contra quemdam qui ex eo arguebat quòd Tridentinum non agat de Regio patronatù; quod tamen eſſe falſum adducta conuincunt. Qui item Cap. 6. ita ſcribit: Veriſſima eſt, & inter Doctores S. Theologia ſupremòs, è quibus nullus vel nutu ipſo auſus eſt alienum inſinuare, quòd Beneficium ſeu Episcopatum digno conferre, digniore poſthabito, eſt mortale peccatum. Sic ille, addens id intelligendum quando exceſſus eſt notabilis euidenter (quod & P. Dicatillus ſimiliter aſſerit ſuprà num. 84.) & circa id non eſſe anxie laborandum. Plurimos pro Aſſeritione Auctores congerit, pro quâ & videndus Parte 1. Cap. 12. num. 21. & ſeqq.

Dom. Zapata.

Probabile eſſe contrarium qui tenentur.

Diana.

P. Reginaldus.

Diana ſuis verbis reſponderet.

Quòd dura videatur obligatio nihil obſtat, quia tales Principum.

Sap. 6. v. 6.

P. Reginaldus ſententia à comuni non diuerſa.

Modus ſacilis Regibus noſtris oſtenditur.

76 Præterquam quòd ſententia aſſerens, Patronum Laicum non teneri ſub mortali digniore præſentare, non contemnendos Auctores habet. Sic enim tenet cum aliis Diana ſuprà & Reſolut. 37. & Parte 3. Tract. 5. Reſolut. 110. vbi plures congerit. Et Parte 4. Tract. 4. Reſolut. 170. defendit præſentationem digni omiſſo digniore, factam à Senatu Panormitano pro Parochia quadam, vt licitam in conſcientiæ foro. Pedraza in Summa præciat. 7. §. 36. Dom. Machadus Electus Episcopos Popaianenſis, & morte curis ſcrupuloſis exemptus. Tomo 1. pag. 672. num. 5. P. Henriquez in Manuſcriptis apud P. Thomam Sancium Dub. 5. citato, id affirmans quòd Patroni habent ius præſentandi, quia conſtruxerunt & dotarunt Eccleſias de propriis bonis, & non ex ſolâ Pontificiâ conceſſione: quod eſt cernere in Eccleſiis Indiarum, cui omnino conſonat P. Vaſquez Opuſculo de Beneficiis Cap. 2. Dub. 4. P. Dicatillus ſuprà num. 101. & generalitè Eligius Baſtæus verb. Beneficium 6. numer. 3. vbi Dianæ, & P. Reginaldi doctrinam amplectitur, de quâ nuper. P. Layman Lib. 4. Tract. 2. Cap. 15. num. 7. P. Palauſ Tomo 2. Tract. 13. Diſp. 2. Puncto 7. num. 6. P. Bauny ſuprà, dum non à vero alienam affirmat eſſe Dianæ doctrinam, quidquid de tutiori praxi, vt diximus, arbitretur. Et nouiſſimè Ioannes Poncius in curſu Theologico Diſput. 59. Quæſt. 1. generaliter tenet digni electionem licere, digniore poſthabito, dummodò damna ex electione tali minimè timeantur, vt alios omittam. Noſtra ergo ſententia ſolidè roborata præcedit, vt Principes debeant contrariam praxim habere ſuſpectam: ſed probabilem aliam exhibemus, vt ſi quandoque in eo genere aliquid libeat, ſciant poſſe illud non violatis aſſerit iuſtitia præſcriptis exercere. Vt autem vitetur etiam veniale peccatum, quod neque aliqui ex citatis Auctoriſ videtur agnoſcere, licet nõ ita perſpicuè loquantur, ſiſis aliqui poſſent honeſtus attendi, vt non ſit ſola pro ratione voluntas, ſed ratio potiùs pro voluntate. Iuxta quod etiam loquitur Dom. Zapata ſuprà Cap. 7. & 17. num. 11. dicens non eſſe peccatum mortale aliquoties dignis dare, dummodò frequenter ratio maioris dignitatis habeatur. Et quòd Beneficia ſimplicia non ſunt minoris momenti, quia electi habent ſuffragium in ordine ad gubernationem, vt Canonici, & Præbendarij: vbi de Indiis ſpecialitè loquitur, videndus etiam Parte 1. Cap. 4. num. 18. cui tamen aduerſatur Thomas Hurtadus dicens dignitates inferioris claſſis, vt Canoniceatus &c. poſſe minus dignis conferri. Vide ſuprà num. 65. & de obligatione ſub mortali circa alia loquitur, & ſpecialitè de Curatis. Sed Dom. Zapata ſententiam tenet P. Dicatillus ſuprà numer. 97. Licet Pharcionius Tract. 1. ſeſſione 8. Caſu. 12. nullam reſpectu ſimplicium inter ipſa faciat exceptionem.

Patronum laicum non teneri ad digniore præſentationem qui tenentur.

Quomodo Principes præſentari debeant vt ſententia.

Dom. Zapata.

77 Quia verò circa Beneficia Curata ſpecialis eſt modus prouifionis in Indiis, in quibus Regij patronatùs functiones Proreges & Præſides exequuntur, de illis inferiùs diſſerendum: prædicta enim reſolutio de Rege Catholico procedit, qui ad Episcopatum per ſe præſentat, & aliquando etiam ſolitus ad nonnulla Curata Beneficia ſimiliter præſentare.

CAPVT VIII.

An Rex Catholicus ſpecialiter inſtruetus eſſe debeat circa res Indicas, & ea quæ in ipſis geruntur, graui conſcientiæ obligatione.

Diſcurſu claro oſtenditur obligatio Regis Catholici ad habendam notitiam rerum Indicarum.

In Regibus litterarum laudabilis.

Caffiodor.

Non omnia neceſſaria, ſed qua ad artem regendi ſpectant. Pſal. 2. v. 10. Campenſis.

Dei adnecclenda timore obſeruantiam exam.

Sapient. 6. v. 10.

Affirmatiue reſpondeo, & ratio eſt clara. Quia vnusquisque tenetur earum rerum notitiam habere, quæ ad rectè adminiſtrandum officium, quo fungitur, neceſſaria eſt, vt communis ſenſus Doctorem firmat, pro quo videri poteſt P. Thomas Sancius Tomo 1. Conſiliorum lib. 2. cap. 1. dub. 36. num. 6. & Illuſtriſſimus Zapata Parte 1. Diſceprationis de Iuſtitia diſtributua cap. 9. quod pro Indiis ait ſpecialiter vrgere num. 18. Atqui Rex Catholicus omnium præſtantiffimo inter humanas officio fungitur: ergo debet ſcire, quæ ad illius rectam adminiſtrationem requiruntur. Atqui in adminiſtratione regnorum locum habent, & quidem ſatis nobilem, Indiæ: ergo quæ ad eas ſpectant ſcire debet ſub graui conſcientiæ obligatione. Omnia ſunt adeò perſpicua, vt ſua ſe luce manifeſtent. Et ita in ſpecie caſus noſtri tenet Fr. Ioannes de Silua in Animaduerſionibus pro Rege ipſo ſol. 54. pag. 1.

78 Nec jam de notitiâ illâ rerum ſublimiori loquimur, quæ ſe ad ſtadium litterarum extendit, qualem in Theodahado Amalaſuncha Regina regni conſors prædicauit Caffiodori verbis lib. 10. 3. ſic locuta: *Acceſit hiſtoria deſiderabilis eruditio litterarum, quæ naturam laudabilem eximie reddit ornata. Ibi prudens inuenit, vnde ſapientior fiat: ibi bellator reperit, vnde animi virtute roboretur: inde Princeps accipit, quem admodum populos ſub æqualitate componat. Nec aliqua in mundo poteſt eſſe fortuna, quam litterarum non augeat glorioſa notitia.* Sic ille.

79 De aliâ nobis fermo eſt, quæ ad artem regendi ſpectat, vt ſciat Princeps populos ſibi commiſſos imperio regere, bono communi conſulens, quod ex eius maximè prouidentia deriuatur. Pro quo Pſal. 2. v. 10. ſic vates Rex: *Et nunc Reges intelligite: erudimini qui iudicatis terram.* Vbi Ioannes Campenſis ita vertit: *Idcirco Reges quaſo ſapite, & diſciplinam recipite, o iudices terræ!* Vult ergo illos eſſe ſapientes: atque vt tales ſint, eruditionem, & diſciplinam libenter excipere: & ea certè ſapientia, quæ ad rectam adminiſtrationem muneris ſibi commiſſi conducit. Vnde ſequitur: *Seruite Domino in timore, &c.* Seruiunt enim Reges Domino in timore, dum non ſuam, ſed communem cauſam agunt, intelligentes de omnibus ſibi concreditis reddendam eſſe rationem, & quis ad hæc non timeat? Quis non iudiciale illud Interrogatorium ſeuertiſſimi omnium Iudicis extimeſcat? Quando ad examen ii, qui aliorum fuerunt iudices, vocabuntur. Ideò Sapient. 6. v. 10. eoſdem adhortatur: *Ad vos ergo Reges ſunt hi ſermones mei, vt diſcatis ſapientiam, & non excidatis: qui enim cuſtoderint iuſta juſtè, juſtificabuntur: & qui didicerint iſta, inuenient quid reſpondeant.* Quid inquam reſpondeant ad finale illud

Interrogatorium, tremore artuum omnium formidandum.

80 Et hæc quidem communia Regibus omnibus ſunt, & Catholico erga omnia ſua regna ac multiplices congruunt principatus. Sunt autem pro Indiis neceſſariò refricanda, quia illarum diſtantia in cauſa eſſe poteſt vt res earum aut ignorentur penitus, aut minus attentè diſponantur. Quâ conſideratione homines quidam, in quorum perſona loquitur Eliphaz, exiſtamarunt Deum res humanas non curare, vt pote ab illis longiſſimo diſcretum interuallo. *Iob 22. v. 14. & 15. vbi ſic ille: Et dixit: Quid enim nouit Deus? & quaſi per caliginem iudicat. Nubes latibulum eius, nec noſtra conſiderat, & circa cardines cæli perambulat.* Circa quæ P. Gaſpar Sancius terque quaterque venerandus interpres ita ſcribit: *Immo puto hanc eſſe Idumæis prouerbialem dicendi modum, cum ſignificare volunt aliquid longè eſſe remotum; aut aliquem ab aliqua curâ ſe abeſſe procul, vt in alia omnia quam longiſſimè abierit.* Sic ille. Longa ergo diſtantia curam rerum ſic diſtantium abolere ſolet: ex quo ſatis humanitus conſideratione fundato, id rati homines illi, quod & faſti: Deo ſcilicet non morem alium in ſua gubernatione ſeruari, ſuper cæli cardines ambulanti, & ita res humanas non curare: vel ſi forte aliquantulum circa illos digreditur, quaſi per caliginem iudicare.

Circa Indias quomodo id ſpeciale obſeruationem diſtantiæ.

Iob 22. v. 14. & 15.

Inde nonnullos Deo mundi curam valde tenuem ad ſcripſiſſe.

Eorum reſurgens deceptio.

Pſal. 94. v. 5.

Deus Magnus Rex, quia diſtantiâ attendit vt regat.

81 Sed omninò illi decepti: Deus enim, eſt ſublimis, rebus tamen omnibus eſt præſentiſſimus: omnia manu tangit, & attentiffimè conſpicit, quæ remotiſſima iudicantur. Quia in manu eius ſunt omnes fines terræ, & altitudines montium ipſius ſunt. Sic Pſal. 94. v. 5. vbi Plalterium Romanum: *Quia in manu eius ſunt omnes fines terræ, & altitudines montium ipſe conſpicit.* Iple inquam conſpicit fines terræ, & diſtantiſſimas montium altitudines, manuque tenet, vt regat. Per ſe, & non per caliginem iudicat, vt ſe Regem magnum hac ratione demonſtret, & faciat hominibus manifeſtum. Ideò ſic præmiſit vates: *Quoniam Deus magnus Dominus & Rex magnus ſuper omnem terram.* Verè Rex magnus, qui diſtantiâ terræ terminos & manu tractat & intimâ inſpectione probatur habere præſentes: & altitudines montium ipſius ſunt. Benè hîc congruit lectio alia: *Ipe conſpicit.* Quomodo enim non conſpiciat quæ ſua ſunt? Certè ſi non conſpiceret, non eſſent ſua, ſed aliena deberent merito iudicari.

82 Iuxta hoc ergo Rex Catholicus ſe gerat oportet, vt Dei ſcilicet imitatione formetur. Si enim Reges Numinis inſtar ſunt, vnde Homerus de quodam ſic:

Rex Catholicus Dei in hac cauſa imitatione formandus. Homerus.

Vadentemque per urbem adſpectant Numinis inſtar. Pro quo & Seneca lib. 1. de Clementiâ cap. 14. ſic ſcribit: *Nec alio nomine Reſtorem ſuum inuenit, quam ſi dii immortales poteſtatem viſendi tui faciant, inuenemur venerantes, colentesque. Quid autem? Non proximum illum locum tenetis? &c.* Si inquam alij Reges tali debent imitatione præcellere: quid Rex Catholicus, quem Deus ampliffimo omnium imperio decorauit? Fines ergo terræ, Indicas inquam Regiones, non per caliginem iudicet: manu eas teneat, & notitiâ ſolite partâ conſpiciat: ſua enim ſunt; vnde & manu & conſpectu digniffimæ. *Decet prudentie*

Seneca.